



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XLV. Decreta super associatione cadaverum ad Ecclesias Regularium non  
esse observanda a Clero sæculari in Regnis Castellæ, & Legionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

1673.

Decretum  
irritans.Amplissime  
derogat con-  
trariis.Fides Tran-  
sumptorum.Edit. 6. Sept.  
1673. An. 4.

XLV.

obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentio-  
nis Nostræ, aut interesse habentium consen-  
sus, aliove quolibet etiam quantumvis magno,  
& substantiali, ac individuum mentionem re-  
quirente defectu notari, impugnari, invalida-  
ri, infringi, retractari, aut in controversiam re-  
vocari, aut ad terminos Juris reduci, seu ad-  
versus illas quodecumque Juris, facti, vel gra-  
tiae remedium intentari, vel impetrari, aut im-  
petrato, seu etiam motu, scientia, & potesta-  
tis plenitudine paribus conceitto, vel emanato  
quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu  
se juvare, ullo modo unquam posse: Sieque,  
& non aliter in præmissis per quoscumque Ju-  
dices Ordinarios, & Delegatos, etiam causa-  
rum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Ca-  
rdinales, etiam de Latere Legatos, & alios  
quoslibet quacumque præminentia, & potesta-  
te fungentes, & functuros, sublata eis, & eo-  
rum cuilibet aliter judicandi facultate, & au-  
toritate, judicari, & definiri debere; ac irri-  
tum, & inane, si secus super his a quoquam qua-  
vis auctoritate scienter, vel ignoranter contige-  
rit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitu-  
tionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec-  
non præfatarum Congregationum, etiam jura-  
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmate alia roboratis statutis, & consuetudini-  
bus, Privilegiis quoque, Indulgis, & Literis  
Apostolicis eisdem Congregationibus, illarum-  
que respective superioribus, & personis qui-  
buslibet, sub quibuscumque verborum tenori-  
bus, & formis, ac etiam quibusvis etiam deroga-  
tioriarum derogatoriis, ac cum quibusvis clau-  
sulis, & Decretis, etiam irritantibus, in gene-  
re, vel in specie, etiam motu simili, ac de  
Apostolice potestatis plenitudine, seu consti-  
tionaliter, ac alias quomodolibet in contrarium  
præmissorum concessis, ac etiam plures confir-  
matris, & innovatis. Quibus omnibus, & singu-  
lis, etiam pro illorum sufficienti derogatione,  
de illis, eorumque totis tenoribus specialis,  
specifica, & individua mentio, seu quavis alia  
expressio, ad id servanda fore, tenores hujus-  
modi præsentibus pro plene, & sufficienter ex-  
pressis, & inseritis habentes, illis alias in suo ro-  
bore permanens hac vice dumtaxat ad præ-  
missorum effectum plenissime, & amplissime mo-  
tu pari derogamus, ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præ-  
sentium literarum transumptis, seu exemplis,  
etiam impressis, manu aliquius Notarii publici  
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica  
dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides  
tam in judicio, quam extra illud attribueatur,  
qua adhiberetur ipsis præsentibus, si forent ex-  
hibitæ, vel ostensa.

Datum Roma, apud S. Mariam Majorem, sub  
Annulo Piscatoris, die 6. Septembris 1673. Pontificatus  
nostræ Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brevium in libro Mensis  
Augusti par. 1. fol. 100.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcop.,  
& Regularium, quo resolvitur, præcedentia  
Brevia Summi Pontificis edita die 18. Januarii  
1672., & 3. Augusti ejusdem anni confirmatoria  
nonnullarum declarationum dictæ Congrega-  
tionis super associatione Cadaverum,  
& ingressu ad Ecclesiæ Regularium, non esse  
obseruanda a Clero seculari in Regnis Ca-  
stellæ, & Legionis.

1673.

C L E M E N S P A P A X.

Ad futuram rei memoriam.

E Manavit nuper a Congregatione Venerabi-  
lium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardina-  
lium negotiis, & Consultationibus Episcoporum,  
& Regularium præposita Decretum tenoris, qui  
sequitur, videlicet -- In causa Hispaniarum Ju-  
ris Parochialis deferendi Cadaveræ ad Ecclesiæ  
Regularium. Cum ad supplicationem P. Procurato-  
ris Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Fran-  
cisci de Observantia, & postmodum Patris Alphonsi  
de Alarcos Procuratoris Generalis Provinciarum  
Hispaniarum Societatis Jesu, Sacra Congregatio  
Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis,  
& Consultationibus Episcoporum, & Regularium  
præposita concesserit nonnullas declarationes alias  
editas circa associationem Cadaverum, & ingre-  
sun in Ecclesiæ Regularium, quæ quidem decla-  
rationes per literas Apostolicas in forma Brevis die  
18. Januarii 1672. respettive a SS. D. Nostro  
fuerunt confirmatae.

§. 1. Clerus Secularis Provinciarum Castel-  
lae, & Legionis præsentis se gravatum, & di-  
ctas declarationes fuisse obreptitie obtentas ex  
eo, quod præfati Patres Procuratores Genera-  
les silentio involuerint, quod ad favorem dicti  
Cleri Secularis adessent nonnulla alia anteriora  
Decreta Congregationis Sacrorum Rituum per  
literas itidem in forma Brevis die 7. Maii 1655,  
& 6. Julii 1656. à san. mem. Alexandro VII.  
confirmatae. Ideo ipsemel Clerus supplex peti-  
vit, ut examinatis utriusque partis rationibus,  
hujusmodi controversia, prout Juris fuerit defini-  
tur. Et Sacra Congregatio Eminentissimorum  
S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationi-  
bus Episcoporum, & Regularium præposita, par-  
tibus informantibus, reque mature discufa, re-  
ferente Eminentissimo Imperiali censuit, ac de-  
crevit Brevia Sni Dñi Nostri confirmatoria De-  
cretorum ejusdem Sacrae Congregationis negotiis,  
& consultationibus Episcoporum, & Regularium  
præposita contra Clerum Secularem Regnum Castel-  
lae, & Legionis, & contra ea, quæ disponuntur  
in supranarratis Brevibus sa. me. Alexandri  
VII., non esse obseruanda, contrariis quibuscumque  
circa supradicta omnia minime obstantibus &c.  
Roma prima Septembris 1673. F. M. Cardinalis  
Brancarius.

Loco + Sigilli.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Fran-  
ciscus de Villegas Procurator Generalis Eccle-  
siarum, & status Ecclesiastici Regnum Castel-  
lae, & Legionis Nobis subinde exponi fecit,  
ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat,  
& servetur exactius, Apostolicæ confirmationis  
Nostre Patrocinio communiri summopere desi-  
deret: Nos ipsius Francisci votis hac in re fa-  
vorabiliter annuere volentes, eumque à quibus-  
vis excommunicationis, suspensionis, & inter-  
dicti, alisque Ecclesiastici sententiis, censuris,  
& peccatis à jure, vel ab homine quavis occasio-  
ne, vel causa latet, siquibus quomodolibet in-  
nodatus existit, ad effectum præsentium dum-  
taxat consequendum harum serie absolventes, &  
absolutum fore censentes: Suplicationibus ejus  
nomine Nobis super hoc humiliter porrectis in-  
clinati, Decretum præsentium auctoritate Apo-  
stolica tenore præsentum approbamus, & con-  
firmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmati-  
tis robur adjicimus, salva tamen semper in  
præmissis auctoritate præfate Congregationis  
Cardinalium.

§. 3. Decernentes eadem præfentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &

Cong. Episc.,  
& Regul. con-  
cessit nonnullas  
declarationes jam e-  
ditas circa as-  
sociationem  
Cadaverum,  
& ingressum  
in Ecclesiæ  
Regularium,  
quas Ponti-  
fex con-  
firmavit.

Adversus  
hac omnia  
Clerus Secu-  
laris Provin-  
ciarum Ca-  
stellæ, & Le-  
gionis perit  
audiri in ead.  
Congregatio-  
ne Episcop.  
& Regul.

Ead. Congr.  
decrevit dd.  
Brevia cōfir-  
matoria dd.  
declaratio-  
nem contra  
Clerum Secu-  
laris Ca-  
stellæ, & Le-  
gionis, &  
contra ea  
quæ dispo-  
nuntur in  
Brevibus A-  
lexan. VII.  
non esse ob-  
servanda.  
Præces Pro-  
curatoris Ge-  
neralis Cleri  
Secularis Ca-  
stellæ, & Le-  
gionis.

Ab soluto a  
Censuris.

Pontifex pre-  
infectum De-  
cretum con-  
firmat.

fore,

Decretum  
irritans.Contrariis  
derogat.Fides tran-  
sumptorum.Edit. 6. Sept.  
1673. An. 4.

XLVI.

Exordium.  
Pontifex am-  
bitum à Con-  
gregat. Cle-  
ricorum Re-  
gularium  
Theatinorum  
propel-  
lere intendit.

fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: siveque, in præmissis per quoquaque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenuari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit cuiusvis Ord., Congregationis, Societatis, & Instituti, ac Provinciæ, Monasterii, Conventus, & Collegii, alilve quibuslibet etiam jureamento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo labore permanunt ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & ex parte derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibetur que præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Septembri 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

*Registrat. in Secretar. Brevium.*

Innovatio Brevis Gregorii XV. super prohibitione ambitus pro Congregatione Clericorum Regularium Theatinorum.

## CLEMENS PAPA X.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**Q**uoniam nemo debet assumere sibi honorem nisi vocatus a Deo tamquam Aaron, & a Regularis vita instituto valde alienum est, ut Religiosi viri, quos honorum, & dignitatem gradus, sanctitate vitae, ac aliis religiosis virtutibus potius promereri, quam appetere, eosque gradus, cum ad eos assumuntur, obediens suscepere, susceptoque humiliter administrare decet, mendicatis secularium præsertim Personarum studiis ad eos sibi aditum patetacere contendant: Unde magna in Ecclesia Dei scandala, & damna exoriri solent.

§. 1. Nos qui pro munera nostri debito in hoc potissimum laborare non desistimus, ut Ecclesiastica, Regularisque disciplina pristinæ observantia restituatur, hoc malum a Congregatione Clericorum Regularium Theatinorum nuncupatorum, cuius prosperum regimen, & incrementum ad Ecclesia Sanctæ utilitatem sinceris desideramus affectibus, propellere, ac fec. rec. Gregorii Papæ XV. prædecessoris nostri vestigiis inhærente, ejusque Constitutionem die 26. Februarii 1622. editam innovare, & ampliare cupientes:

§. 2. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Clericis, & personis cuiuscumque ætatis, status, gradus, & conditionis existentibus, præsentibus, & futuris, ne de cætero habito ad Principum, & Prælatorum, ac aliarum quarumcumque personarum, tam Secularium, quam Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore fulgentium favores, recursu, sive aliis quibuscumque modis, & viis directe, vel indirecte, palam, vel occulte, mediate, vel immediate, ac tam pro se, quam pro aliis quæcumque ipsius Congregationis officia, vel gubernia, ac præfertim Generalem, aliasque Præposituras, Consultas, Visitations, Procuratorias Generales, superioritates Monasteriorum Monialium, dictæ Congregationis curæ, & gubernio subiectorum, aut Vicariatus Domorum particularium ipsius Congregationis, sive etiam Vocalatum, aut facultatem audiendi sacramentales mulierum confessiones sub quovis quæsto colore, vel prætextu, etiam in genere astequi, & obtinere procurent, sub excommunicationis late sententiæ, à qua non nisi per nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes præterquam in mortis articulo absolvi, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad Officia, vel gubernia hujusmodi, aliaque predicta in posterum obtainenda, ad quæ similiter non nisi per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, vel Capitulum Generale ipsius Congregationis rehabilitari possint, pœnis tam per ipsos, quam eorum complices, & fautores, ac non revelantes, eo ipso incurris, tenore præsentium interdicimus, & prohibemus.

§. 3. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientia, ac sub excommunicationis etiam late sententiæ pœna, eidem Præposito Generali, & aliis superioribus dictæ Congregationis quoquaque titulo nuncupatis præsentibus, & futuris, ne quempiam ullo tempore precibus, litteris, vel favoribus adducti, vel alias ad instantiam, seu requisitionem, aut contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliarum quarumcumque persoarum, tam Secularium, quam Ecclesiasticarum de gremio dictæ Congregationis non existentium, etiam Cardinalatus honore fulgentium prædictorum, ad Officia, vel gubernia, Generalem, aliasque Præposituras, Consultas, Visitations, Procuratorias Generales, superioritates Monasteriorum Monialium, aut Vicariatus, vel Vocalatum hujusmodi promovere, vel cuiquam facultatem audiendi confessiones mulierum concedere audeant, seu præsumant, sed circa admissionem Clericorum Regularium dictæ Congregationis ad jus suffragii, ac facultatem audiendi confessiones mulierum eis concedendam, ea, que per Constitutiones, & Decreta ejusdem Congregationis ordinata sunt, ac in præmissis formam secretorum suffragiorum per easdem Constitutiones stabilim, abrogata alia quacumque forma exacte, & accurate, ac inviolabiliter observent, & observari current.

§. 4. Et nihilominus quascumque electiones, & promotiones, ac facultatum audiendi confessiones mulierum hujusmodi concessiones contra præsentium dispositionem (quod absit) faciendas, nullas prorsus, & invalidas esse, & fore, ac omnes, & singulos in præmissis delinquentes, sententias, & pœnas prædictas irremissiblem eo ipso incurere, & ita per quoquaque Judices Ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate

Prohibet Clericis d. Congregation., ne ha-  
bito recur-  
ru ad Princi-  
pates, & Pra-  
latos, seu  
Cardinales  
Officia, vel  
Gubernia d.  
Congrega-  
tionis allegi-  
procurent.

Mandat Præ-  
posito Gene-  
rali, aliaque  
Superioribus  
pro tempore,  
ne aliquem  
ad instantiam,  
vel re-  
quisitionem  
Principum,  
vel Prælato-  
rum, au-  
Cardinalium ad  
Officia d.  
Congregatio-  
nis admittat  
sub pœna,  
prout in ru-  
brica.

Omnis elec-  
tiones, &  
promotiones  
contra han-  
dispositio-  
nem factas  
irritat, & de-  
linquentes  
in præd. pœ-  
nas ipso facto  
incurere de-  
clarat.

Decretum  
irritans.

scienter